

Bulla D. Nicolai Papae Quinti,  
super conferendis beneficijs in Germa-  
nia, & super reservatis, & alijs  
ut sequitur.

1447 5

Ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram Petri sedem divina  
dispositione sublimatis; singulis quae pro vniuersalis Ecclesiae vniore  
ac pace & tranquillitate profutura conspicimus, Apostolica promi-  
dentia sollicitudine libenter intendimus. Et ad felice eorum  
prosecutionem & consumationem operam & operam imperatumus effica-  
ces. Nuper siquidem charissimus in Christo filius noster. Friede-  
ricus Romanorum Rex illustris, & nonnulli alij dilecti filij Ec-  
clesiastici, & seculares Principes inchoatae nationis Germania ex  
vna; ac dilectus filius noster Joannes, sancti Anselmi Diaconi  
Cardinalis, in partibus illis Apostolicae sedis de latere legatus,  
per nos ad diuitas partes missus, sufficienti de super a nobis  
& sede Apostolica auctoritate suffultus ex alia partibus; Roma-  
nae Ecclesiae, & diuitae nationis, nominibus, pro ipsius Ecclesiae vniore  
& pace, & tranquillitate, in hanc Ecclesiam & nationem iudicialiter  
petno solidandis, & conseruandis; diuersa rationalia, & ali-  
qua ordinatioes & statuta, a partibus ipsis hinc inde appro-  
bata, laudata, conclusa accepta, & concordata, fecerunt &  
cediderunt, nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis pro  
firmiori subsistentia, robore Apostolicae firmitatis adycea,  
nec non auctoritatem potiorum & decretum interponere  
dignarimur. Nos itaque qui statuta, & ordinatioes  
& concordata praedicta, per nonnullos ex Venerabilibus fra-  
tribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ma-  
gnarum maturitatum auctoritatis & literaturae viros,  
diligenter examinari & discuti fecimus, eaque rationalia  
& salubria, tam Ecclesiae quam nationi praefata fore compe-  
rimus; de dictorum, & aliarum Venerabilium fratrum  
nostrorum praedictae Ecclesiae Cardinalium consilio, su

Ermland

su, Apostolica auctoritate & ex certa scientia approbamus, ra-  
tificamus, Laudamus, ac acceptamus, & presentis patrocinio scripti  
tummunimus, iuxta modum & formam subsequen-

Placet nobis super provisione Ecclesiarum & beneficiorum Ecclē-  
siasticorum, quodcumque, ut in scriptis reservationibus, & exera-  
bitis, & ad regimen, ~~et~~ Constitutionibus modificati, ut sequitur.

Ad regimen Ecclesie generalis, quamq; iminenti superna dispo-  
sitione vocati gerimus in nosse desiderijs, ut debemus, quod  
per nosre diligentie studium, ad quorumlibet Ecclesiarum,

& Monasteriorum regimen ac alia beneficia Ecclesiastica, iuxta  
divinum beneplacitum, & nra intentionis affectum, vni assumā,  
tur idonei, qui praesint, & pro sint in committendis eis Ecclē-  
sijs monasterijs, & beneficijs pleribus. Promissum itaq;  
consideratione includi, & suadentibus nobis alijs rationa-

bilibus causis, nonnullorum Petreorum nostrorum Rom. Pont.  
vestigijs inherentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, Epi-  
scopales, monasteria, Prioratus, dignitates, personatus, & officia,

nec non Canonicatus, & prebende & Ecclesias, ceteraq; bene-  
ficia Ecclesiastica, cum cura vel sine cura, secularia, & regu-  
laria quaecumq; & qualiacumq; fuerint, etiamsi ad illa persona con-

sequerint, seu detulerint, per electionem, seu quomuis alium mo-  
dum absum; Nunc apud sedem Apostolicam quocumq; modo vacan-  
tia, & in postum vacatura; nec non per depositionem seu priva-

tionem, aut translationem per nos seu auctoritate nra factas  
& manea faciendas ubilibet. Nec non ad quae aliqui in con-  
cordia vel discordia electi sine postulati fuerint, quorum ele-

ctio casata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renuncia-  
tio, & admisa auctoritate nostra extiterit, seu quorum ele-  
ctorum, vel postulatorum, & manea eligendorum vel postulan-

dorum electioni casari seu postulationi repelli aut renunciationi  
admitti per nos, aut auctoritate nra contingeret apud sedem  
Petitiam, vel alibi ubiunq;. & etiam per obitum Cardina-

lium eiusdem Ecclie Rom. aut officiorum dicta sedis, quandiu  
ipsa officia actualiter tenebunt. *Tridelicat* Vicecancell.  
larij, Camerarij, septem Notariorum auditorum, literarum contracti-  
tarum, & Aplici Palatii censorij auditorum, Correctorum centum,  
& unus, scriptum literarum Apostolicarum, & viginti quatuor  
penitentiariae praefate sedis, & viginti quinque, abbreviatorum  
Nec non virorum commensalium nostrorum; & aliorum **XXVII**  
Capellanorum sedis eiusdem in Epitaphia descripturum, & etiam  
quorundam Legatorum, seu collectorum, Ac in terris Rom. Ecclie  
rectorum, ac Thesaurariorum deputatorum, seu missorum hactenus,  
vel deputandorum aut mittendorum in posterum vacantia, &  
in antea vacatura, ubicunq; dictos, Legatos, vel Collectores, seu  
rectores Thesaurarias, antequam ad Rom. curiam redierint seu vene-  
rint, rebus eximi contigerit humanis; nec non quomolibet,  
pro quibuscunq; negotijs, ad Rom. curiam venientium, seu etiam  
recedentium ab eadem. Si in locis a dicta curia, ultra duas  
diectas legales non distantibus, iam forsan obierint, vel eos  
in antea ab hac luce transire contigerit, etiam simili modo  
quoruncunq; Curialium peregrinationis, infirmitatis, seu recrea-  
tionis, vel alia quacunq; causa ad quavis loca seceden-  
tium; si eos antequam ad dictam Curiam redierint, in locis ultra  
duas diectas ab eadem Curia, ut committitur, non remotis  
dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem,  
iam forsan deceperint, vel in posterum eos contigerit de medio  
submoueri, & nunc per obitum huiusmodi vacantibus, vel  
in posterum vacaturis. Quorsus, monasteria, prioratus, & di-  
ocinitates personatus, Decanatus, Administrationes, officia, Ca-  
nonicatus, Preben & Ecclesias ceteraq; beneficia Ecclesiastica  
secularia & regularia, cum cura vel sine cura, quaecunq; &  
quacunq; fuerint, etiam si ad illa persona conuenienter seu  
debuerint per electionem, seu quemvis alium modum assu-  
mis, qui promoti per nos seu autoritate nostra ad Patriarcha.

lium, Archi-Episcopatum, Episcopatum, Ecclesiarum nec non Mona-  
steriorum regimina obtinebunt tempore promotionis de ipsis facto,  
rum, nunc quocumque modo vacantium aut in posterum vacatura;  
nec non etiam que per ascensionem pacificam quorumcumque priora-  
tia, personatum, officiorum Canonicatum, Præbendarum Ecclesiarum  
aut beneficiorum aliorum per nos seu autoritate nostrarum ~~litterarum~~  
~~litterarum~~ immediate collatarum seu conferendarum in posterum.  
Præterquam si virtute gratiæ expectatiue ascensio fiat; nunc  
vacantia, & in antea vacatura plena super omnibus cum  
fratribus nostris collationem præhabita & matra deliberatione se-  
cuta, ordinationi, dispositioni, ac provisioni nostræ de ipsorum frum  
consilio autoritate Apostolica reservamus, decernentes ex  
nunc irritum & inane; Si secus super omnibus & quolibet  
eorum, per quoscumque quis autoritate scienter vel ignoran-  
ter contigerit attemptari. Item placet nobis quod in  
Metropolitans, & Cathedralibus etiam immediate non subie-  
ctis Ecclesijs; et in monasterijs immediate subiectis sedi  
Apostolice, fiant electiones Canonice, que ad dictam sedem  
deferantur; quas etiam ad tempus constitutionis, se. n. Nico-  
lai Papæ quæ incipit; Cupientes; expectabimus, & elapsu di-  
cto tempore, si non presentate, vel, si presentate, minus Ca-  
nonice fuerint, providdebimus: et si Canonice fuerint, eos  
confirmabimus, nisi ex rationabili, & evidenti causa, sic de  
dictorum frum consilio de digniori & utiliori persona duximus  
providendum; proviso, quod confirmati prædicti, & per nos pro-  
visi, Metropolitanis suis, & alijs præsentent debita iuramenta,  
& alia ad quæ de iure tenentur. Etiam in monasterijs  
dictæ sedi immediate non subiectis, & alijs regularibus be-  
neficijs, super quibus pro confirmatione vel provisione ad  
dictam sedem non convenit haberi recursus, electi, seu  
illi quibus providendum est, pro confirmatione seu provi-  
sione.

sione huiusmodi ad Curiam Ro. venire non tenebuntur; ipsarum  
regularia beneficia sub expectativa gratiarum non cadunt. Ebijs  
autem pro monasterijs ad dictam Curiam venire seu mittere, con-  
sueverint, non aliter confirmabimus, vel providebimus, quam  
superius de Cathedralibus Ecclesijs est expressum. Et de mona-  
sterijs monialium non disponemus, nisi sint exempta. Et tunc per  
commissionem ad partes. De ceteris vero dignitatibus Epi-  
scopatibus quibuscumque secularibus & regularibus vacaturis,  
ultra reservationes predictas maioribus dignitatibus post  
Pontificales in Cathedralibus & principalibus, in Collegiatis Ec-  
clesijs exceptis, de quibus iure ordinario provideatur per illos  
inferiores, ad quos alias pertinet. Placet etiam nobis, quod  
per quamcumque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut  
quamvis aliam dispositionem, sub quacumque verborum forma,  
per nos aut auctoritate nostra factam vel faciendam non  
impedimus, quominus de illis cum vacabunt, de Februarij,  
Aprilis, Junij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus liberi  
disponatur, per illos ad quos, eorum collatio, provisio, electio,  
seu quis alia dispositio pertinebat, reservationibus alijs premissis,  
ac dispositione ante nostra factis, vel faciendis, non obstan-  
tibus, quibuscumque. Quibus vero aliquo vacante beneficio,  
in Januarij, Martij, Maij, Julij, Septembris, & Novembris  
mensibus statim dispositioni dictae sedis reservatio non appa-  
ret, infra tres menses a die nota vacationis, in loco benefi-  
cij, si alicui de illo Apostolica auctoritate provisum fuerit;  
ex nunc, & non in antea, ordinabimus, vel aliud, ad quem il-  
lius dispositio pertinebit, de illo libere disponere poterit.  
Et ad finem ut haec ordinatio collationum beneficiorum non  
reservatorum, per alternos menses possit per diutam rationem  
publicari, & omnes qui ea gaudere voluerint, tempore con-  
gruum habeant eam acceptandi, tunc quo ad dictam sedem

in Calendis Junij proxime futuris, ipsa currere incipiat, & dura  
bit deinceps, nisi in futuro Concilio de consensu dicte nationis  
aliter fuerit dispositum. Placet similiter nobis, quod circa pro-  
visionem dicte sedis ordinantiam modis annatarum huc modo  
currat: De Ecclesijs Cathedralibus omnibus & monasterijs vir-  
rum duntaxat vacantibus & vacaturis solvantur de fru-  
ctibus primi anni à die vacationis summa pecuniarum  
in libris Camere Apostolice taxata, quæ communia servitia  
nuncupantur. Ceteri q̄ excessivè taxata sint, retaxentur, &  
quod provideatur spat̄ in gravatis regionibus, secundum qua-  
litate[m] rerum, temporum, & regionum, ne minimum poraentur  
ad qd̄ petentibus stabimus commissionem in partibus, quod  
diligenter inquirent, & taxent. Taxa autem petite pro me-  
dia parte infra annum à die subite possessionis pacifice to-  
tius, vel majoris partis solvantur, & pro alia media parte infra  
annum sequentem, et si infra annum bis vel plures vacauerint,  
semel tantum solvantur, nec debita hujusmodi in successorum  
in Ecclia vel Monasteria transeat. De ceteris vero digni-  
tatibus, personatibus, officijs, & beneficijs secularibus, ac re-  
gularibus quibuscumq̄, quæ antequam dicte sedis conse-  
crantur, vel de quibus providebitur (præterq̄ vigore gra-  
tiarum expectatarum aut causa permutationis) solvan-  
tur annate seu medij fructus iuxta taxam solitam à tem-  
pore possessionis infra annum, & debitum hujusmodi in suc-  
cessorem non transeat, sed de beneficijs quæ valorem viginti  
quatuor florenorum hinc de Camera non excedunt, nihil  
solvantur. Curratq̄ hæc observantia deinceps, nisi eam si-  
militer in futuro Concilio de ipsius nationis consensu con-  
tingat immutari. In his alijs autem per fact. recor. Eugen-  
cium Papam V etiam predecessorum nostrorum pro dicte na-  
tione usq̄ ad tempus futuri generalis Concilij permissa, con-  
cessa, indulta & decreta, ac per nos confirmata fuerint,  
m

in quantum illa concordia spiriti non obstat, ista vice nihil  
volumus esse immutatum; Et per hoc quod in concordatis hu-  
iusmodi, sine quibusvis alijs eorum occasione conficiendis  
litteris propter competentem descriptionem, Almania Petr ap-  
pellatur, rubio ipsa conseri non debet à germanica natione di-  
stincta, seu quomodo libet separata. Præterea quia difficile  
foret præsentis litteras ad singula, in quibus de eis fides for-  
sitam faciendâ fuerit, loca deferre; eadem Apostolica aucto-  
ritate decernimus, quod ipsarum transumptio alicuius Epi-  
scopalis vel superioris Ecclesiæ curiæ sigillo munito, tanquam  
præsentibus, si exhiberentur, litteris plena fides adhibeatur;  
Et perinde stetur, ac si dictæ præsentis littere forent exhibitæ  
vel ostensæ. Et insuper quoque irritum et inane, si fuerint super  
his à quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter con-  
tingent attemptari. Nulli ergo omnino subiusmodi liceat  
hanc paginam nostræ approbationis, ratificationis, laudationis, ac-  
ceptationis, confirmationis, reservationis, constitutionis, et volun-  
tatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem  
hoc contempserit, indignationem Omnipotentis Dei,  
Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit in-  
cursum. Datum Romæ apud S. Petrum an<sup>o</sup> Incar-  
nationis Dominicæ 1477 Calend. Aprilis. Ponti-  
ficatus n<sup>ri</sup> anno secundo